



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Adsciscit socios. 97

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Oreus, cum diu post nouis Romę fluctibus socij volueretur, opportunus adfuit; & quod infra monstrabimus, pro IGNA TIO grauissimum testimonium dixit.

Angebaturiam pridem IGNA TIVS, & , si quę auxilia contraheret, laborabat, quibus ad ceterorum salutem impēsius niteretur. Igitur cępit ad socios sibi adiungendos animum intendere; iuuenes aliquot spectato ingenio, nec à sanis consilijs alienos. 97 Vfus solerti censurâ, nanciscitur primum omnium Petrum Fabrū, in Allobrogibus natum; virum suis postea virtutibus magnum. Mox Franciscum Xauerium, gente Nauarrum; inde Iacobum Lainem Seguntinum: dignos Magistro discipulos, & hunc Europę, Indię illum, vtrumque Ecclesię conspicuos. Tum deinde alij super alios accessere; Alphōsus Salmeron

meron Toletus oriundus; Simon Rodericus è Lusitaniâ, & Nicolaus Bobadilla Palentiâ profecti. Paulò post secuti tres alij, præclara piorum appendix: Claudius Iaius Allobrox; Ioânes Codurius Delphinus; Paschasius Broëttus Ambianensis: Prima Sociorum decas, tot propediem chiliadas paritura. In quibus quâ sanguine, quâ gente diuersissimis, mirum erat, nihil diuersi apparere: animorum ea fuere vincula. Et quo tempore Hispania Galliaque hostilibus odijs dissidebant, Hispani Galli que iuuenes æternam societatem coiere. Hi erant omnes artium bonarum Magistri, & literis diuinis omnibus iuxta docti. 98 Igitur postea quàm in medium consuluerunt; placuit consensu, ad xviii. Calendas Septemb. aliqua legib. inter se sancire. Tēplum in suburbano visitur
(Mon-